VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Quod si noluerit redimere, sed
alteri cuilibet fuerit venundatus
ultra eum qui vouerat redimere
non poterit, quia cum iubilei venerit
dies, consecratus erit domino, et
possessio consecrata ad ius perti-
net sacerdotum. Si ager emptus
est, et non de possessione maio-
rum sanctificatus fuerit domino, sub-
putabit sacerdos iuxta annorum
numerum usque ad iubileum precium,
et dabit ille qui vouerat eum
domino, in iubileo autem revertetur
ad priorem dominum qui vendide-
rat eum et habuerat in sorte
possessionis sue. Omnis estimacio
siclo sanctuarii ponderabitur. Si-
clus xx obulos habet. Primoge-
nita que ad dominum pertinent, ne-
mo sanctificare poterit et vouere,
siue bos, siue ouis fuerit domini
sunt. Quod si inmundum est animal
redimet qui obtulit iuxta
estimacionem suam, et addet quintam
partem precii. Si redimere no-
luerit vendetur alteri quantocumque
ante fuerit estimatum. Omne
quod domino consecratur siue homo
fuerit, siue animal, siue ager.
non vendetur, nec redimi pote-
rit. Quidquid semel fuerit con-
secratum, sanctum sanctorum erit domino.
Et omnis consecracio que offertur
ab homine, non redimetur, sed
morte morietur. Omnes decime
terre siue de frugibus, siue
de pomis arborum domini sunt,
et illi sanctificantur. Si quis autem
voluerit redimere decimas suas,
addet quintam partem earum. Omnium
decimarum. Boues et oues et
capre que sub pastoris virga
transeunt, quidquid decimum fuerit
sanctificabitur domino. Non eliget

nec bonum nec malum, nec al-
tero commutabit. Si quis mu-
tauerit et quod mutatum est,
et pro quo mutatum est sanctifica-
bitur domino et non redimetur. Hec
sunt precepta, que mandauit
dominus per manum moysi ad filios
israel in monte synai

Explicit vaiecra idest le-
uiticus

Incipit liber iiii. Capitulum
primum